

AB

46  $\frac{4}{H25}$







3: Diese Ausg. 00 n  
May

Johann: Bach







# TABVLAE

DE SCHEMATIBVS PE-  
TRI MOSELLANI, A PLVRIBVS

*mendis quàm diligentissimè repurgatæ,*

*adiectis insuper his quæ in quibus-*

*dam æditionibus incuria*

*prætermissa sunt.*



IN RHETORICA PHILIPPI  
MELANCHTHONIS.

IN ERASMI ROTERODAMI  
*libellum, de duplici Copia.*

L I P S I Æ  
IN OFFICINA TYPOGRAPHICA  
LAVRENTII FABRI,

A N N O

---

M. D. LIX.



# PETRVS

MOSELLANVS CAN

DIDO LECTORI S.

*M  
Vñs fi  
gnarum  
in ora  
tionis.*

**O**MNEIS LATINI SERMONIS  
delicias, in figuris & Tropis potissimum si-  
tas esse, nemo est uel mediocriter erudito-  
rum, qui nesciat, studiose Lector. Etenim ut pictura  
non simplex, sed quæ uarijs distinguitur coloribus,  
spectantium oculos maxime pascit, & pratum om-  
nigenis uarietatum floribus in ambulatibus arri-  
det, ita oratio non undiquaque sui similis, uerum suis  
interspersa figuris, suis uariata tropis, auditorum  
aures capit, mereturque applausum, adeo, ut præter  
Græcos, qui huic negotio uolumina dederunt &  
Cicero & Quintilianus in dicendi arte principes,  
hæc de uirtute diligentissime perscribere dignum  
putarint. Quamobrem cum tot figurarum, tot tro-  
porum non minus sit necessaria cognitio, quam me-  
moriam difficilis, & ipsum me operæ pretium factu-  
rum existimaui, si quæ ad hanc rem pertinere uide-  
buntur uniuersa, ex probatissimis scriptoribus tum  
Græcis tum Latinis, in breuem hanc tabellam con-  
gessero, certa que descriptione arctaro. Quam si in  
locum, in quo frequenter uersaris, suffigas, futurum,  
ut quum nunquam non oculis obuersetur in memo-  
riæ thesaurum citra molestiam reponatur. Quam in  
re cano





AD LECTOREM.

re candido suffragatur calculo Erasmus Roterodamus noster, omnium, quos sol hic uidit, ut doctissimus ita & eloquentissimus, idem quod nobis consultum uidetur, faciendum præcipiens. Porro ut quid secutus sim, scias, primum figuras λέξεως omnibus Tropi sunt, insigniores exhibemus, eaq; omnia, tametsi præter aliorum consuetudinem χιματὶ nomine comprehendimus. Non quod ita rectius quadrare censeam, sed quod hac ratione uniuersa facilius in ordinem, qui memoriam uel cum primis iuuat, digerantur. Deinde ipsa nomina, quæ ubiq; ferme corrupta deprehenduntur suæ integritati restituta Græcè reddidimus, ijs etiam, quæ uel Tullius, uel Fabius, uel Diomedes latina fecerunt, appositis, pariter singula explicantes, tum finitionibus, tum exemplis. Postremo omnibus modum adhibuimus, ne apud æquum iudicem, uel in congerendo Græcorum quorundam curiositatem emulari, uel omittendo quæ addidisse præstaret, nonnullorum negligentiam referre merito uideri possimus. Restant tamen aliqua, quæ nec mihi faciunt satis, quibus accuratius excutiendis, tempus quod huic lucubratiuncule angustum destinaram, minime respondebat. Quicquid id est quod dedimus, iuuandi studio dedimus candidissime lector, olim ubi & eruditionis & ocij plus nacti fuerimus, pleniora ac instructiora, aspirante Deo, prolaturi. Vale, & nostram operam boni consule.

Encomium  
Erasmi  
Roterodami.



# DE SCHE

MATIBVS ET TROPIS,

PETRI MOSELLANI

TABVLAE.

+  
Quint: lib. 9  
cap. 1.

+  
**Σ**  $\chi\eta\mu\alpha$  Schema, Est confirmatio quædam uel  
dictionis, uel orationis, uel sententiæ, uulgi  
consuetudinem excedens.

Cuius partes tres:  $\left\{ \begin{array}{l} \text{FIGVRA} \\ \text{VITIVM} \\ \text{VIRTVS.} \end{array} \right.$

## FIGVRA.

Figura, uel sententiæ uel orationis uel uerborum  
singulorum est habitus, præter communem consue-  
tudinem innouatus.

Et est duplex, scilicet:  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Διάνοιαν} \\ \text{λέξεως.} \end{array} \right.$

Διάνοιαν, id est, sensus uel sententiarum figura,  
quæ quanquam (autore Donato) ad Oratores pro-  
priè pertinet, & nos quæ Grammatici sunt, conqui-  
renda hoc labore tantum statuimus, tamen eius spe-  
cies ascripsissemus libenter, si non immensam insti-  
tuti molem futuram hac ratione prospexissemus.  
De hoc genere scripsit diligenter apud Græcos qui-  
dam, Alexander sophista, nisi quod quæ uerborum  
sunt



PETRI MOSELLANI.

Sunt nonnulla sententiæ figuris admiscet, apud nos  
uero diligentissime Fabius in nono.

Λέξεως Lexeos figura est, quum in oratione ali-  
quid quod ad uerba attinet innouatur, præter uul-  
garem consuetudinem.

Cuius genera sunt Figu. { D I C T I O N I S  
  { L O C U T I O N I S  
  { C O N S T R U C T I O N I S.

FIGURA D I C T I O N I S,

et illius partes.

Figura dictionis in prosa βαρβαρισμός Barba-  
rismus, in carmine μεταπλασμός Metaplasmus  
dicitur. Transformatio quædã est unius dictionis.

Cuius partes à Gram-  
maticis recensentur :  
1 + { Prosthefs  
          { Epenthesfs  
          { Proparalepsfs  
          { Aphæresfs  
          { Syncope  
          { Apocope  
          { Elasis  
          { Systole 2  
          { Diarefs  
          { Episyualæphe  
          { Synalæphe  
          { Ellipsis 3  
          { Anthithesfs  
          { Metathesfs. 4  
          A 3           προσδιεσις



## SCHEMATA ET TROPI

- Appositio.** Προθέσις Prosthesis, appositio ad principium scilicet dictionis, uel literæ uel syllabæ. Literæ, ut gnatus pro natus dixit Terentius. Syllabæ ut tetuli pro tuli, apud eundem.
- Interpositio.** Επέθεσις Epenthesis, interpositio, quum inter primam & ultimam dictionis syllabam, adijcitur litera, ut religio pro religio, apud Vergilium. Syllabæ, ut induperator pro imperator. Iuuenalis.
- Paragoge.** Προπαλάψις Proparalepsis, quam præassumptionem dixeris, eadem παράγωγη Paragoge, etsi Diomedes separat, cum ad finem quippiam accedit, ut dicier pro dici extulit Persius.
- Ablatio.** Αφαρξισις Aphæresis, ablatio à principio dictionis, contraria προθέσις Prosthesis. Literæ, ut ruit omnia late, pro eruit. Aeneid. 2. Syllabæ, Ut, temnere pro contemnere, extulit Poëta ibidem.
- Concisio.** Συνοπή Syncope Concisio, Figura planè contraria ἐπέθεσις Epenthesi, quoties è dictionis medio aliquid excinditur, ut dixti, pro dixisti. Teren. Repostum pro repositum, & accessis pro accessistis, Virgilius.
- Abscisio.** Αποκοπή Apocope, abscisio à dictionis fine, uel literæ, uel syllabæ, contraria παράγωγη Paragoge. Literæ Achilli, pro Achillis dixit Maro. Syllabæ, δῶ pro δῶμα. Apud Homerum Odiss. 1.
- Extensio.** Ἐκτασις Ectasis, Extensio syllabæ natura contractæ, ut, Exercet Diana choros. Diana prima porrecta dixit, cum genuina ratione fuisset contrahenda.

ΣΥΣΟΛΗ



PETRI MOSELLANI.

Συστολή Systole, Contractio natura protensa, ut *Contractio*  
 idolon media breui dixit Prudentius, uir ueré pru-  
 dens, non inscius Græcarum literarum, ut literato-  
 res clamitant, sed in re sacra hæc usus figura.

Διαίρεσις Diæresis, diuisio unius syllabæ in duas *Diuisio.*  
 Ut aulai in medio, Aeneid. 3. pro aulæ, quomodo Lu-  
 cretius in libris de rerum natura, Genitiuos fermè  
 semper in prima forma extulit.

Ἐπισυναλοιφή Episyualæphe, conglutinatio *εὐσυνάλοι-  
φή.*  
 duarum syllabarum in unum, contraria διαίρεσις  
 diæresi, Ut, Fixerit æripidem ceruam, pro æripia-  
 dem. Virgilius Aeneid. 6.

Συναλοιφή Synalæphe, Deletio, dum uidelicet *Deletio.*  
 duabus uocalibus concurrentibus, prior quasi dele-  
 tur. Ut, Cartag<sup>9</sup> Italiam contra Tiberinaq; longe,  
 pro Carthago Italiam, Aeneid. 1.

Ἐκθλιψις Ecclipsis, Elisio quedam uocalium cū *Elisio.*  
 consonantibus aspere cōcurrentium, Ut multum ille  
 ex terris iactatus et alto. Quem uersum dū metiris,  
 dicere oportet, Mult' ill' ex terris iactatus ex alto.

Ἀντίθεσις Antithesis siue commodiore uerbo *Positio.*  
 τίσοιχορ, Antistæchō, cū litera pro litera ponitur.  
 Olli subridens hominum sator atq; deorum, pro illi.  
 Maro suæ ποιήσεως Poëseos primo.

Μετάθεσις Metathesis, Transpositio quedam li- *πλάσμο-  
σισ.*  
 terarum, ut quod Tymbre dixit Poëta in 10. pro  
 Tymber. In quo μεταπλάσμω Metaplasmo mi-  
 rum quàm sint audaces Poëtae Græci.

Α 4

Adyctia



## SCHEMATA ET TROPI

Adijciunt quidam ex Diomede *παραλογισμὸς*  
*προθέσεων*, Id est, immutationem preposuionum,  
 quæ nobis non tam μεταπλάσμος quam σολοικισμοῦ  
 solœcismi species uideri solet. Verum hoc  
 loco memineris lector, non ubiq; Metaplasmo lo-  
 cum esse, imo non idem in ioculari & paruo opere  
 licebit, quod priscis illis in iusta & sublimis argu-  
 menti poësi condonatum est. Quare Horatianum  
 illud semper in animo & pectore habeas: Tantum  
 opere in magno fas esse obrepere somnum. Neq; sta-  
 tim imitandum proponas, quicquid usquam conces-  
 sum inueneris.

### FIGURA LOCUTIONIS

& eius partes.

Figura Locutionis, Ratio est quædam locutio-  
 nis compositione nouata.

	Prolepsis	Zeugma	}
	Hypozeuxis	Syllepsis	
	Anadiplosis	Anaphora	
	Epanalepsis	Epizeuxis	
	Paranomasia	Schesis onomatō	†
Cuius hæ nume- rantur species :	Paremion	Homœoteleton	
27.	Homœoptaton	Polypoton	
	Irmus	Endiadis	†
	Hypallage	Prosopopœia	
	Antypophora	Apostrope	
	Climax	Polysyndeton	
	Asyndeton	Antimetabole.	†
		Prolepsis	



PETRI MOSELLANI.

Πρόληψις Prolepsis, id est, praesumptio rerum  
summaria, quae demceps particulatius enarrantur,  
ut, Interea Reges, ingenti mole Latinus, Quadriju-  
go inuehitur curru, bigis it Turnus in albis. Virgi-  
lius in 12.

Ζεύγμα Zeugma, cum diuersae clausulae uni uer-  
bo tribuuntur.

Et est triplex,  $\begin{matrix} 1 & \text{Πρόζευγμα} \\ 2 & \text{Μεσζευγμα} \\ 3 & \text{Υπόζευγμα} \end{matrix}$

Πρόζευγμα Prozeugma, praeratio, quoties uer-  
bum clausulis praerponitur, ut Cicero: Vicit pudor-  
rem libido, timorem audacia, rationem amantia. Contra  
Catilinam.

Μεσζευγμα Meszeugma, cum in clausula-  
rum medio uerbum collocatur. Cuius speciosum  
exemplum extat apud Maronem Aeneid. 3. Troiu-  
gena interpres diuum qui numina Phoebi, Qui tri-  
podas Clarij, laurus, qui sydera sentis, Et uolucrum  
linguas, & praepetis omnia pennae. Hic sentis &  
praecedentes, sequentes necit clausulas.

Υπόζευγμα Hypozeugma, Subiunctio, ubi uer-  
bum subiungitur in fine, Cicero in Catil<sup>ina</sup>am, Nihil  
ne te nocturnum praesidium palatij, nihil urbis ui-  
giliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum  
omnium, nihil hic munitissimus Senatus habendi lo-  
cus, nihil horum ora uultusq; mouerunt?

Υπόζευξις Hypozeuxis, figura superiori con-  
traria,



## SCHEMATA ET TROPI

traria, cum diuersæ clausula singulis uerbis red-  
duntur, ut, Regem adit, & regi memorat nomenq;  
genusq;. Aeneid. 8.

Σύλληψις Syllepsis, Conglutinata Conceptio,  
quoties diuersi numeri clausula uno clauduntur  
uerbo. Virgilius Aeneid. Hic illius arma, hic cur-  
rus fuit.

Ἀναδιπλωσις Anadiplosis, Reduplicatio, cum  
ultima prioris uersus dictio in sequentis principio  
iteratur.

Maro in 10. Sequitur pulcherrimus Astur, Astur  
equo fidens.

Ἀνάφορα Anaphora, relatio eiusdem uidelicet  
uerbi per principia plurimorū uersum. Hor. Oda. 2.  
Otium diues rogat in patenti, Otium bello furiosa  
Thrace, Otium Medi pharetra decori.

Virgil. 3 Geo. Ἐπαναλήψις Epanalepsis, autore Donato (Nam  
folio 9 r Diomedes reclamatione) cum eadem dictio uersum &  
cūm ἔφα' incipit, & claudit, Ut, Multa super Priamo rogi-  
sis γαμίτ. tans super Hectorre multa. Aeneid. 1.

Ἐπίρρηξις Epizeuxis, Subiunctio eiusdem scilicet  
uerbi sine aliqua intermissione, maioris uehementiæ  
gratia: Quæratione sermè & superiores fiunt re-  
duplications. Virg in 9. Me me, adsum qui feci.

Ἐλανομασία, Agraminatio latinè dicitur, cum  
iucunda quedam uocum fit collusio, significato ta-  
men diuerso. Terentius in Andria. Nam inceptio  
est amentium haud amantium.

ΣΧΕΣΙΣ



PETRI MOSELLANI.

Σχέσις ὀνομάτορ, Schesis onomaton, Id est, Nominum habitus quidam, quoties, uerborum multitudo eodem copulandi habitu coaceruatur, ut hoc apud Poëtam, Marsa manus, Peligna cohors, festina uirum uis.

Παροίμιωρ Parœmium, As simile, quoties multa uerba ab eodem incipientia elemento, ex ordine collocantur, Vt Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. Ennius citante Prisciano libro duodecimo.

Ομοιοτέλευτορ Homœoteuton. Cum similiter uel dictiones uel sententiæ finiuntur. Ennius, ut citat Diomedes, eos deduci, euehi, quàm deserui malui. Qua figura apud Græcos insignis est Isocrates.

Ομοίωτορ Homœopton, cum eodem casuum tenore clausula terminatur, ut est apud Salustium. Maximis ducibus, fortibus, strenuisq; ministris.

Πολύωτορ Polyptoton, multitudo casuum uarietate distincta, ut Aene. 4. Littora littoribus contraria, fluctibus undas, Imprecor, arma, armis, ipsisq; nepotes.

Εἰς μὲν ἶρμος, series est orationis eodem filo ad clausulam usq; protensa, ut, Principio cœlum ac terras, camposq; liquentes, Lucentemq; globum lune, Titaniaq; astra. Spiritus intus alit. Aeneid. 6.

Ἐνδίαδις Endiadis, Figura, cum fixum in mobili soluitur, Vt, Per famam ac populum, pro, per famosum populum, dixit Poëta.

Ἰπαλλάγη Hypallage, est quoties oratio conuerso

Veni,  
vidi,  
vici.

cum mobili,  
le in  
fixum sol,  
uit.



## SCHEMATA ET TROPI

uerso rerum ordine effertur, Vt, dare classibus au-  
stros, pro, dare classes austris. Virgilius.

Προσωποποιία Prosopeoia, personarum fi-  
ctio, nimirum cum rebus mutis sermo tribuitur. In  
qua quanquam Poëta multum sibi permittunt, ta-  
men & Oratores usurpant, ut Cice. in Catilinam  
patriæ sermonem accommodat, & Demosthenes  
tempori, in Olinth. prima.

Αντυπόφορα Antypophora, cum tacite occur-  
rimus questionibus, quam figuram & Poëta & Ora-  
tores in usu habent, quorum exempla referre nimis  
hic longum esset.

Αποσιώπησις Apostrophia, quam Cicero reti-  
centiam appellat, cum per iram uel indignationem,  
orationis partem reticemus. Quos ego, sed motos  
prestat componere fluctus, tacet enim puniam.

Κλίμαξ Climax, interprete Tullio, gradatio,  
quoties ab eo uerbo, quo sensus superior claudeba-  
tur, inferior incipit, ac deinceps hoc modo quasi  
per gradus ascendit. Cuius aptissimum exemplum  
extat apud Homerum Iliad. 2. de sceptro ab Ioue in  
Agememnonem usq; deducto. Sed & Virgilius in  
Buceo. Torua leana lupum sequitur, lupus ipse ca-  
pellam, & alia.

Πολυσύνδετον Polysyndeton, Structura multis  
nexa coniunctionibus, ut, Athamasq;, Thoasq;, Peli-  
desq;, Neoptolemus, primusq; Machaon. Aeneid. 2.

Ἀσύνδετον Asyndeton, superiori contraria,  
cum



PETRI MOSELLANI.

cum structura uinculis caret, Abijt, excessit, euasit,  
erupit. Tullius in Catilinam. Ferte citi flammam, da-  
te tela, impellite remos. Aeneid. 4.

Αντιμεταβολή Antimetabole, apud quosdam  
inter figuras refertur, quam latine contramutatio-  
nem uertere posses, ut, Non uiuo ut edam, sed edo ut  
uiuam, inquit Socrates. Reliquæ figuræ quas Fabius  
ex multis Græcis curiosè satis conuertit, in præsen-  
tiarum ascribere non est animus, partim, quod  
Grammaticum artificium excedant, partim, quod  
insigniores congerere tantum nostrum est institu-  
tum.

FIGURA CONSTRUCTIO

nis eiusq; partes.

Figura constructionis quæ in Syntaxi uulgarens  
rationem excedit.

Cuius species sunt,  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Prolepsis} \\ \text{Zeugma} \\ \text{Syllepsis} \\ \text{Euocatio} \\ \text{Appositio.} \end{array} \right.$

Προληψίς Prolepsis, præsumptio totius, cuius par-  
tes ad unam proprietatem, postea referuntur, ut,  
Milites pugnant, unus in hostem, alter in patriam.  
Cuius natura nonnihil commune habet, cum pro-  
lepsi supra descripta.

Ζεύγμα Zeugma, quoties una proprietas di-  
uersis subiectis tribuitur, uni prius, alteri posterius,  
ita



## SCHEMATA ET TROPI

ita tamen, ut uiciniore respondeat, ut Ego & tu scribis.

Σύλλησις Syllepsis, Conceptio, cum dignius attrahit minus dignum, quæ ambo tamen ad unam proprietatem referuntur, ut, digniori respondeat, Ut ego & tu scribimus.

Euocatio est, quoties prima uel secunda persona tertiam quasi euocat, ut Ego Virgilius cano, quamquam hoc loco mea sententia Virgilius non tam tertie quam primæ personæ est.

Appositio est, cum duo fixa uel plura, sine copula necluntur, ut ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Virg. in 1. Aeneidos. Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. Delitias domini. in Bucol.

Nonnulli recentiores literatores συνεκδοχή Synecdochen addunt, quæ tum fit, cum ἑκλιζοῦται Aethiops albus est dentes, dicimus & ut Virg. Nuda genu, quod ἀκίμιον fieri certum est. Et has constructionis figuras difficile planè est à locutionis distinguere, nisi fortasse præceptione.

### VITIVM.

#### SCHEMATIS PARS SECUNDA.

**VITIVM** in oratione quasi error quidã, qui et si Poëtis condonatur, in prosa tamẽ intollerabilis est.

Species sunt {

- Obscurum
- Inordinatum
- Barbarum.

Obscurum



PETRI MOSELLANI.

OBSCVRVM eiusq; partes.

Obscurum, cum uel uerborum uel structure uicio obscuritas quædam inducitur.

Cuius partes  
habentur 8

[	Acyron
[	Pleonasmus
[	Perissologia
[	Tautologia
[	Homœologia
[	Amphibologia
[	Eclipsis
[	Periergia.

Ἄκυρον Acyron, Improprietas, cum dictio minime propria significationis orationi ceu nubes inducitur. Terent. Nam quod tu speras, propulsabo facile. Speras pro times. Quomodo & græcismum ἐλπίζω usurpant.

Πλεονασμός Pleonasmus, Fit, quoties (inquit Fabius) superuacuis uerbis oneratur oratio, ut Vidi meis oculis. Satis est enim, uidi. Sic ore locuta est, Aened. 1.

Περισσολογία Perissologia, Fit, cum sententia aliqua sine pondere rerum adijcitur, ut Liuius in 8. Ab urbe condita. Legati non impetrata pace, retro domum unde uenerant, reuersi sunt.

Ταυτολογία Tautologia, eiusdem uerbi aut sermonis iteratio, cui etiam Ciceronem obnoxium notat Fabius. Quod dixit, Non solum igitur illud iudicium iudicij simile iudices non fuit, quamuis casu diuerso.

ὁμοιολογία



## SCHEMATA ET TROPI

Ὄμοιολογία Homœologia, peius uitium superiorum cum oratio undiq; sui similis nulla uarietatis gratia leuat tædium, sed est tota coloris unius. Cuius exemplum ne nimis longum sit, in presentiarum non asseribemus.

Ἀμφιβολογία Amphibologia. Quando stru-  
nitio) ~~auræ~~ utriq; uerbum sit referendum dubitatur, quemadmodum Pyrrho oraculum respondet. Aio te Acacida Romanos uincere posse. Hic utri uictoria promittatur incertum.

Ἐκλειψις Eclipsis, defectus, quem (ni fallor) Fabius μίωσις uocat, cum sermoni aliquid deest, quo minus plenus sit, ut, Italiam fato profugus, deest ad. Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? in Eunuchis.

Περὶοργία Periergia, superuacua, & (ut ita dixerim) operositas nimia in loquendo. Quod uitium aut idem aut certe admodum affine ei, quod μακρολογία nominat cum Fabius tum Diomedes. Alexander autem sophista μεπτολογία, id est, curiosam orationem, cum sermo cultus gratia longior sit & curiosior, quã oportet. Virgilius. Postera uix summos spargebat lumine montes, Orta dies, unum primum alto se gurgite tollunt, Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant.

Hæc uicia quanquam fermè omnia à Diomede sub obscuro eeu genere comprehenduntur, non tamen ignoro multis aliter uideri posse. Vt sit, nobis in



PETRI MOSELLANI.

bis in paruo discrimine ponetur. Hoc unum admo-  
neo, poëtis esse uirtutes, ne oratoribus uitio dentur. *darj.*

INORDINATVM eiusq; species.

INORDINATVM, cum uel ordo, uel dig-  
nitas uerbis deest.

Cuius species po-  
tiores censentur:  $\left\{ \begin{array}{ll} \text{Tapiuosis} & \text{Cacemphatō} \\ \text{Cacozelon} & \text{Aschematistō} \\ \text{Cacosyntheton} & \text{Soraismos.} \end{array} \right.$

Ταπεινωσις Tapiuosis, Vitium quo rei dignitas  
uerbi humilitate deprimitur, ut quod Cato (autore  
Gellio) uerrucam montis, pro cacumine dixit.

Κακέμφατορ Cacemphatō, siue ἀσχρολογία  
Aschrologiam uocitare uelis. Vel cum corrupta  
consuetudine in obscœnum intellectum detorquetur  
sermo, Vt Aeneid. 6. Ad ramum hunc aperit, ra-  
mum qui ueste latebat. Terent. Arrige aures Pam-  
phile, cum arrectio genitali membro propria sit.  
Vel cum iunctura deformiter sonat, Vt, Numerum  
cum nauibus æquat. Quod posterius obseruare, est  
auris planè delicata, & fortasse non huius seculi.

Κακόζηλορ Cacozelon, Mala affectatio, cum in-  
genium scilicet iudicio caret, & specie boni falli-  
tur, infeliciterq; æmulatur, uitium, ut omnium pes-  
simum, ita hodie omnibus fermè commune.

Ασχημάτισορ Aschematiston, id est malè figu-  
ratum cum oratio prorsus simplex, suis figuris, qui-  
bus uelut stellulis reluceret, caret.

Κακοσύνθετορ Cacosyntheton, id est, male collo-  
catum,

B

catum,



## SCHEMATA ET TROPI

eatum, ubi quippiam non suum habuerit locum in quo quadret, ut, uersaq; iuuentum, Terga fatigamus hasta. Aeneid. 9.

Σογαϊσμός Soraismos, Miscella quaedam & aceruatio ex uarijs idiomatis apud Græcos, apud nos ex uerbis Barbaris & Latinis, proprijs & improprijs, obsoletis & nouis. Ac ut sis sciens, in his uitijs planè nihil tibi condonarim. Nam quamuis Virgilius semel atq; iterùm in ipsis audax fuerit, tibi tamen non itidem hæc imitari fuerit consultum.

BARBARVM, eiusq; species.

Barbarum, uitium quod ad quandam uelut barbariæ tendit.

Partes sunt hæc, { Barbarismus  
{ Barbaralexis  
{ Solæcismus.

Βαρβαρισμός Barbarismus, Contra Romani sermonis legem aut scripta aut pronuntiata, uitiosa dictio. Fit autem additione, detractatione, immutatione, transpositione, & id quidem aut literæ, aut syllabæ, temporis, toni, aspirationis. Quorum exempla partim ubi figure dici meruerunt, exhibuimus, partim barbarorum tum locutio, tum scriptio (ne dubita) suppeditabit. In Græcis Poëtis ubiq; sunt obuia. His enim nihil negatum ridet Martialis, adeo, ut apud illos is fermè optimus habeatur Poëta, qui in eiusmodi quàm maximè audax fuerit. Ad hæc indecoras literarum quarundam pronunciationses  
barba=



PETRI MOSELLANI.

barbarismi notas inveniunt, ἰωτακισμοὺς scilicet  
λαβδ'ακισμοὺς μετακισμοὺς πλάτσιασμοὺς.  
Sic enim Græci, fingendis nominibus (ait Fabius) fe-  
liciores uocant, ut ἔ κοιλοσομίω, cum uox quasi  
in oris recessu auditur.

Βαρβαράλεξις Id est, Barbara dictio, quoties Ro-  
mano sermoni peregrinae linguae dictio inseritur, ut  
gaza apud Maronem, quod est Persicum, ἔ mastru-  
ca apud Ciceronem, Sardum uocabulum.

Σολοικισμὸς Solœcismus est (inquit Asinius Ca-  
pito apud Gellium) impar ἔ inconueniens compo-  
situra partium orationis, quæ per omnia partium  
orationis accidentia notatur, cum alia orationis  
pars pro alia ponitur, cum genus pro genere, casus  
pro casu, tempus pro tempore, modus pro modo, nu-  
merus pro numero, aduerbium pro aduerbio, præ-  
positio pro præpositione. Horum omnium exem-  
pla, non ut imitareris, sed ut notata minori nego-  
cio deuitares, oppido quàm libens asseripsissem, si  
per chartæ angustiam licuisset. Quare uel ipse ob-  
serues, uel ex Donato petas licebit.

†  
lib: 5  
cap: 20.

V I R T V S.

S C H E M A T I S pars tertia.

V I R T V S, qua oratio honestatur, attolliturq;  
supra uulgi sermonem.

Cuius genera Duo, 2

Proprietas  
Ornatus.

B 2

Proprietas



## SCHEMATATA ET TROPI

PROPRIETAS, & eius partes.

PROPRIETAS, quæ uel scripto, uel pronuntiatione, uel uerbis nil improprium habet.

Eius partes sunt,  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Analogia} \\ \text{Tasis} \\ \text{Syntomia.} \end{array} \right.$

Ἀναλογία Analogia, est proportio quedam, finitore Diomede (nam nobis non perinde probatur) qua rectè scribendi ratio conseruatur. Hanc cum proprietatis partem fecerit Diomedes, quid tamen sibi uoluerit non uideo.

Ἱάσις Tasis qua uerborum dulcis ac iucunda seruatur modulatio, quod alia acuto tenore, alia graui, alia flexo moderatur. Quæ uirtus ad uocis flexibilitatem præcipuè pertinet.

Συνομία Syntomia, cum breui & compendioso uerborum ambitu, res quantumuis ingens prodignitate redditur. Virgil. Aeneid. 1. Nascitur pulchra Troianus origine Caesar, Imperiũ oceano etc. Est & orationis uelut lex quedam quæ uerba ipsa rei propriè adeo accommodat, ut non tam narrari quàm geri uideatur. Hanc uirtutem Græci, qui lucem, quam rebus addit, spectant ἐνάργεια, qui uero mouendi efficaciam, ab opere ἐνέργεια, appellare consueuerunt.

ORNATUS, & eius species.

Ornatus orationis suo se nomine prodit, ut finitione minime sit opus.

Genera



PETRI MOSELLANI.

Genera eius hæc: 3 <sup>ſ</sup> Synthesis  
 Cyriologia  
 Tropus.

Σύνθεσις Synthesis, Apta & concinna modulis  
 suis structura, qua alius pes alio iucundio rem clau-  
 sulam efficere dignoscitur. Qua de re Cicero lib. de  
 Oratore 3. Et Fabius in 9. abunde satis disseruere.

Κυριολογία Cyriologia, propria & sana ora-  
 tio, quam ipsa ueritas & simplicitas exornant, ut  
 Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. Hanc  
 uirtutem Quintilianus non uno tantum loco laudi-  
 bus uehit.

Τρόπος Tropus, quem clarissimi latinorum  
 motum appellarunt, est uerbi uel sermonis à pro-  
 pria significatione in aliam cum uirtute mutatio.

Fab. lib.  
 9 cap. 2.

Cuius potiores partes colliguntur hæc:	ſ	Metaphora	Catachresis
		Metalepsis	Metonymia
		Antonomasia	Epitheton
		Synechdoche	Onomatopeia
		Allegoria	Periphrasis
		Hyperbaton	Hyperbole
	Œ	Emphasis	Homœosis.

Μετὰφορα Metaphora, Id est, Translatio, Tro-  
 pus longè pulcherrimus, quando uel nomen, uel uer-  
 bum, ex eo loco in quo proprium est, in eum in quo  
 aut proprium deest, aut translatum proprio melius  
 est, transfertur. Ut uideo, à corporeo sensu cui pro-  
 prium est, ad animi intelligentiam transfertur.

B 3 Hæc



## S C H E M A T A E T T R O P I

Hæc multis fit modis.

1  
Deflectione, cum uox è propinquo ad rem proximam detorquetur, Vt uideo pro intelligo, conquire, pro ferre, deuorare pro uincere ac perferre. Siquidem in ijs, id quod est corporis, ad animum deflectitur, quo genere nihil est usitatius.

2  
Ab irrationali ad rationale, ut Terentius: Quid ille gannit? Quod uulpium proprium est.

3  
Aut contra, ut si Poëtam cygnum, Musicum Iuſciniam dicamus, ceu facit Virg. Georg. 4. dum de apum rep. dicit. Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis, Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.

4  
Ab inanimato ad animal, ut Virgilius Aeneid. undecimo, Si tantum pectore robur Concipis. Hic à ligno ad hominem translationem fecit.

5  
Aut contra. At procul excelso miratus uertice montis. Hominis uerticem ad montem traduxit.

6  
Ab animali ad animal, ut, Paſcentes apes.

7  
Ab inanimato ad inanimatum, ut, si quis ſyluam ſcatere dicat, quod est fontium.

Ad hæc quædam translationes ſunt reciproæ ſue communes, quæ Græci ἀκόλῳθας uocant. Nam ut pro gubernatore rectè dixeris aurigam, ita & pro auriga gubernatorem. Quædam unius duntaxat partis, qua illi ἀνακόλῳθας appellant. Siquidem ut rectè pro montis cacumine uerticem dixeris, ita non rectè pro uertice cacumen ad hominem traduxeris.

Atq;



PETRI MOSELLANI.

Atq; hoc loco admonitum te uelim lector amice, translationem unam esse, quæ in loco adhibita, ingens decus addat orationi. Quare consultum fuerit, insignium metaphorarum uim ex optimis autoribus annotatam comparare. Sunt autem (inquit Roter) apud M. Tull. optima, apud Quintilianum plurima. Sed & nos (si Deus aspirarit) in uolumen iustum diligenter cõgeremus ex utriusq; linguæ autoribus insignes translationes, modo alius quispiam non anteuertat. Quod quidem grauioribus studijs occupatus hætenus frustra speraui.

ΚΑΤΑΧΡΗΣΙΣ Catachresis, uerborum abusus, quæ non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est, ut si parricidam appelles, non qui patrem occiderit, sed aliàs hominem quemuis.

ΜΕΤΑΛΗΨΙΣ Metalepsis, Transumptio. Ea est (inquit Roterodamus) ubi gradatim itur ad id quod ostenditur. Virgil. in 1. Speluncis abdidit atris. Nigræ enim intelliguntur, ex nigris tenebræ, ac per hoc in præceps profundæ. Verum huius Tropi usus magis incidet in carmine, quàm in oratione soluta.

ΜΕΤΩΝΥΜΙΑ Metonymia, id est, Transnominatio, cum inuentorem pro re inuenta ponimus, ut, Sine Cerere & Baccho friget Venus, dixit Comicus. Quod si uertas, erit durius, ut Vinum precemur, pro Baccho. Vel continens pro eo quod continetur usurpamus. Nunc pateras libate Ioui. Vel conuerso. Vina coronant, pro poculis dixit Maro. Vel cum do-



## SCHEMATA ET TROPI

minus rei pro re ipsa ponitur, ut de sene gustarit, pro de pecunia senis. Vel cum ex effectu efficiens accipimus, ut Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumq; turres. Vel cum ducem pro his qui subsunt, ut casus Annibal. Vel cum autorem pro opere, ut, Terent. semper in manibus habendus.

ΑΥΤΟΝΟΜΑΣΙΑ Antonomasia, ea est nominis permutatio, ut si quis pro Achille Peliden dicat, pro Iunone Saturnia, quemadmodum Virg. & Hor. pro Homero Poëtam, pro Grego: Nazianzeno Theologum.

ΕΠΙΘΕΤΟΝ Epitheton, id est appositum, quoties proprium nomen adiecto aliquo quasi uestitur, ut, At pius Aeneas, seuus Hector, formosus Alexis, apud Poëtam.

ΣΥΝΕΚΔΟΧΗ Synecdoche, quam Cice. intellectio nem uocat, quoties ex uno plura intelligimus, ut Romanus prælio uictor, pro Romani. Ex parte totum, ut mucronem pro gladio, Retroq; ut ingens à uertice pontus. Ex specie genus, Iracundior, Adria, pro quouis mari dixit Horat. Ex materia rem confectam, ut ferrum pro gladio. Ex precedentibus sequentia, ut uirgineam soluit zonam, id est, de uirginauit. Breuiter cum aliud ex alio intelligitur, ut uixerunt, pro mortui sunt, exclamauit orator.

ΟΝΟΜΑΤΟΠΟΙΙΑ Onomatopœia, nominis confectio soni imitatione, Clangorq; tubarum, Virgilius. Timnre, balare, mugire, & reliqua quæ significanti gratia pro tempore fingimus.

Allegoria



PETRI MOSELLANI.

Ἀλληγορία Allegoria, quam inuersionem interpretantur, cum aliud uerbis, aliud sensu ostenditur ac nonnunquam contrarium.

Species numerantur hæc:	8	[ Aenigma	Paroemia
		[ Ironia	Sarcasmus
		[ Astysmus	Mysterismus
		[ Antiphrasis	Charientismus.

Ἄνιγμα Aenigma, obscura quedam allegoria, magis uitium Quintiliano, quam uirtus, cum dilucide dicere uirtutis nomine commendetur. Hinc optimor motus Diomedes, & uitijs & uirtutibus connumerat. Cuius exemplum aptissimum extulit Hesiodus Georgicon. 1.

Πλέον ἢ μισυ πάντοϛ, Quod Plato libro de legibus tertio, exponit multis uerbis. Quæ omnia huc tendunt, Satius esse ἀδικεῖσθαι quam ἀδικεῖν, Hoc est iniuriam pati quam inferre.

Παροιμία Paroemia, id est, adagium (definitore magno illo Erasmo) dictum celebre aliqua nouitate insigne, ut, Lupus est in Fabula. Terentius, cum silendum moneat. An autem hæc finitio huic loco quadret, qui uelit ex Erasmi Chiliadibus inquirat. Diomedes certè & Donatus allegoriæ speciem faciunt.

Ἔιρωνία Ironia, Illusio quæ non ex uerbis, sed uel pronūciatione, uel persona, uel rei natura intelligitur, Vt Heus tu bone uir, curasti probe. Ter. in And.

Σαρκασμός Sarcasmus, iocus amarulentus atq; hostilis derisio, ut, En agros, & quam bello Troiane

B s petisti,



## SCHEMATA ET TROPI

petisti, Hesperiam metire iacens, Aeneid. 12.

ΑΣΙΣΜΟΣ Astysmus, urbanitas, orationis quasi festiuitas, ut, qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Virgilius.

no en man pber  
ein zan fact

ΜΥΚΤΥΡΙΣΜΟΣ Mycterismus, Simulatus risus, sed tamen non latens, quod Persius naso suspendere uocat. ΜΥΚΤΗΣ enim Græcis (autore Iulio Polluce) nasum significat.

ΑΝΤΙΦΡΑΣΙΣ Antiphrasis, Vnius uerbi ironia, ut bellum dicitur, quod minime bonum, & Hieronimus monachum quendam stupidum Vigilantium κατ' ἀντίφρασιν uocat.

ΧΑΡΙΩΤΙΣΜΟΣ Charientismus. Quo duriora re ipsa gratiosis uerbis molliuntur. Terent. Bona uerba queso, cum pistrinum deprecaretur Dauus, quod Plato de Repub. Primo εὐφυνεῖν dicit.

Et hæc iam dictæ, sunt Allegoriæ species.

Lib. 8 cap. 6.

ΠΕΡΙΦΡΑΣΙΣ Periphrasis, Latine (tametsi inuito Fabio) circumlocutio, est fusior & copiosior rei descriptio, aut ornandæ rei gratia, quæ pulchra est, ut, Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris: Incipit, & diuum dono gratissima serpit. Aeneid. 2. Aut tegendæ gratiæ quæ turpis, Placidumq; Petiuit, Coniugis effusus gremio per membra soporem.

ΥΠΕΡΒΑΤΟΝ Hyperbaton, Transgressio quædam uerborum, ordinem commune perturbans.

Anastro



PETRI MOSELLANI.

Cuius species,  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Anastrophe} \\ \text{Dialysis} \\ \text{Diacope} \\ \text{Synchysis} \\ \text{Hysteron proteron.} \end{array} \right.$

*Ἀναστροφή* Anastrophe, Reuerſionem dixeris, eſt uerborum tantum ordo præpoſterus, ut *mecum, ſecum, pro cum me, & cum ſe*, Italiam contra, pro Italiam, apud Virgilium in primo.

*Διάλυσις* Dialysis, ſiue *πένθεσις* Parentheſis, Ordinis diſſolutio per interpoſitam ſententiam, ut, *Aeneas* (neq; enim patriam conſiſtere mentem Paſſus amor) rapidum ad naues præmittit Achaten.

*Διακοπή* Diacope, ſiue *τμήσις* Tmeſis, Diſſectio, cum ſcilicet diccionis compoſitæ iunctura ſoluitur aliquo interpoſito, ut *ſeptem ſubiccta trioni, Cum ſeptentrioni* dicendum fuiſſet.

*Σύχυσις* Synchysis, Confuſio, Eſt enim quoties ordo ex parte turbatur. *Treis Notus abreptas in ſaxa* latentia torquet, *Saxa* uocant Itali medijs quæ in fluuibus aras. Habet autem ordo hoc modo autore Donato, *Treis naues abreptas Notus torquet in ſaxa, quæ Itali uocant aras.*

*Ἰσορομ πρότερον* Hysteron proteron, ſiue *ὑσολογία* Hysterologia, cum id quod ſecundo loco fit, priorem in orationis ordine poſidet. Et *torrere parant flammis, & frangere ſaxo.* Aeneid. 1.

*Ἰπέρβολη* Hyperbole, autore Fabio, Dementiens eſt ſuper-

*Ἰπέρβολη*  
*Ἰπέρβολη*  
*Ἰπέρβολη*  
*Ἰπέρβολη*  
*Ἰπέρβολη*

uast  
 mi=  
 hir=  
 sed  
 uo=  
 na=  
 ut  
 ni=  
 um  
 re  
 er=  
 od  
 ito  
 rei  
 ra  
 e=  
 it.  
 i=  
 n=  
 m  
 a



## SCHEMATA ET TROPI

est superiectio, ut quæ fidem non mereatur, uel au-  
gendi gratia, ut Ocyor Euro uita nostra, apud Ho-  
ratium dicitur, Vel minuendi gratia, ut testudine  
tardior. In quo Tropo monet Quintilianus modum  
in primis seruare oportere, ne in κακοζυλία uiti-  
um supra notatum nos inducat.

Ἐμφασις Emphasis, siue cum latens aliquid unâ  
significatur, siue expressior denotatio. Hæc cum mul-  
tis fiat modis, hunc habet præcipuum, quoties fixum  
pro mobili ponitur, ut scælus pro scælesto.

Ὁμοίωσις Homœosis, ignotæ rei per eius quæ  
magis nota est similitudinem expressio.

Cuius genera recensentur,  $\left. \begin{array}{l} \text{Icon} \\ \text{Parabole} \\ \text{Paradigma.} \end{array} \right\}$

Ἐἰκὼν Icon, Imago, cum quippiam ad imaginem  
alterius rei quasi describimus, ut Os humerosq; Deo  
similis. Hic enim ad Dei imaginem, Aeneam com-  
parauit Poëta.

παραβολὴ Parabole, quam Cicero collationem  
interpretatur ea est (inquit Donatus) rerum genere  
dissimilium comparatio, Plato in Euthyphrone. Iu-  
uenem in primis rationem habere conuenit (nam  
sic transponimus) ut in optimos uiros adolescat,  
haud aliter ac prudentem agricolam teneriusculis  
plantis primam curam adhibere decet, deinceps ue-  
ro & alias non negligere, quod genus parum abest  
ab imagine supra descripta.

Parad



PETRI MOSELLANI.

παραδειγμα *Paradigma*, cum ex historia res aliqua narratur, qua uelut exemplo accedimur & ipsi huiusmodi uel facere, uel uitare. Cuius usus tam est frequens, cum apud Poetas, tum apud Oratores, ut minime opus uideatur exempla in medium afferre.

Quidam praeter Tropos etiam ad orationis uirtutes φράσιμ pertinere putant quam χρονογραφία, τοπογραφία τοποθεσια αἰτιολογία ἐπανορθω καταλογω συλλογισμω ἀποστροφῆ, atq; id genus alijs constare putant, quæ nos finitionibus minime explicabimus, partim, quod propius ad orationis copiam attinere uideantur, partim quod ipsa Etymologia & prima (quod aiunt) fronte quid rerum sint, præ se ferant, partim etiã, quod nostri instituti angustia nõ sinat Chrysippaũ hunc aceruũ explere.

Habes Lector optime, χημάτωρ hoc est eorum, quæ paululum à communi & primum se offerente ratione recedunt, descriptionem, quam tu si in cubiculum suspenderit, frequenterq; ante eam inambulans pro mani pictura inspectes, dispeream, si non hoc genus sermonis delicias, et quasi condimenta in autoribus, tuo Marte obseruaueris, & orationem

nem his uelut luminibus distinctam uenustiore

feceris. Vale Lipsiæ Nono

Calendas Iulij,

ANNO M. D. XVI.

FINIS.

Georgius



# GEORGIUS

MAIOR CANDIDO  
LECTORI S.

**C**ontraximus hic in figuram quandam Philippi Melanchthonis Rhetoricas institutiones non infrugiferam studiosis adolescentibus fore arbitrantes. Partim quod omnia arcta & succincta facilius tum intelligantur, tum altius ac tenatius memoria infigi & insculpi soleant, quam quæ sparsa tanquam in campo diffusa sunt. Partim, ut aliquid scripturi, hac tabella ob oculos posita, statim Rhetorici artificij admonerentur. Ad iunximus & figurarum ordinis, quibus oratio tanquam flosculis & stellis exornari solet. Neq; uero temerè citra auctoris consilium hanc emisimus. Iam si quis uel exempla desiderat, uel figurarum definitiones, is ex autore ipso requirat, Malim tamen exempla ex fontibus, uidelicet: Ciceronis & aliorum eruditorum orationibus peti. Quare optime Lector operam nostram boni consule.

V A L E.

In Phi.



# IN PHILIP

PI MELANCHTHONIS RHE-  
TORICA TABVLAE.

**T**ria sunt omnino caussarum genera. Demon-  
stratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale.

## DEMONSTRATIVVM.

Demonstratiuum, cum laudamus aut uituperamus

Et est triplex, scilicet,  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Personarum} \\ \text{Factorum} \\ \text{Rerum.} \end{array} \right.$

## DEMONSTRATIVVM Personarum.

Demonstratiuum personarum habet  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Exordium} \\ \text{Narrationē} \\ \text{Contentionē} \\ \text{Perorationē} \end{array} \right.$   
orationis partes quatuor, uidelicet,

Exordium constat locis  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Beneuolentiæ} \\ \text{Attentionis} \\ \text{Docilitatis.} \end{array} \right.$

Beneuolentiæ petitur à  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Rebus} \\ \text{Personis.} \end{array} \right.$

Sunt uero plurimi beneuolentiæ captandæ loci,  
qui hic recenseri nequeunt, Vtimur nonnunquam  
insinua-



IN RHETORICA

insinuatione, etiam cum turpitudinem, quæ in causa uidetur esse, excusamus.

Attentio, cum affirmas te dicturum esse de { Nouis  
Necessarijs  
Vtilibus rebus.  
Difficilibus  
Obscuris.

Docilitas, cū affirmas te { Breuiter dicturum.  
Dilucide.

Narrationis loci sunt, { Natales.  
Pueritia, ubi de ingenio dicitur & educatione.  
Adolescentia, ubi studia considerantur.  
Iuuentus, ubi res publicè aut priuatim  
Senectus. (gestæ considerantur.)  
Mors, quæ illam secuta sunt.

Contentione ferè hoc genus caret, quia non agitur de dubijs rebus.

Peroratio constat { Enumeratione argumentorū  
Affectu.

DEMONSTRATIVVM factorum.

Demonstratiuum factorum habet partes quinque: { Exordium  
Narrationem  
Confirmationem  
Perorationem

Exordium



MELANCH. TABVLAE.

Exordium ab iisdem locis petitur, à quibus superius.  
Narratione in hoc genere raro utimur, frequentius  
propositionibus.

Confirmatio-  
nis Loci { Honestum  
                  { Utile  
                  { Facile  
                  { Difficile  
                  { Possibile  
                  { Impossibile.

Circumstantiae, { Quis  
                          { Quid  
                          { Vbi  
                          { Quibus auxilijs  
                          { Cur  
                          { Quomodo  
                          { Quando.

Confutatio ferè non incidit in laudes. Huius alio-  
tem loci sunt contrarij confirmationi.

Repetitione argumentorum.

Peroratio                   { Gratulationis in letis.  
constat    Affectu    =    Imitationis in letis.  
                                  { Commiserationis in tristibus.

DEMONSTRATIVVM  
RERVM.

Demonstratiui rerum sunt partes quinque:

C

Exordium



## IN RHETORICA

Exordium,

Propositio. Nam in hoc genere narratio nulla est, sed uice narrationis propositio ponitur.

Que sunt, Confirmatio, <sup>(Honestum)</sup>  
cuius loci <sup>(Utile)</sup>  
<sup>(Facile)</sup>  
<sup>(Difficile).</sup>

Confutatio, quæ locis contrarijs constat.

Peroratio constat iisdem locis, quibus supra.

### DELIBERATIVVM.

Deliberatiuum, cum suademus aut dissuademus, petimus, hortamur aut dehortamur.

Exordium,

Narratio quæ rara est. Eius uice propositio ponitur. Nonnunquam accedunt breues narrationes, sed statim sequitur propositio.

Huius partes Confirmatio, <sup>Honestum</sup>  
cuius loci <sup>(Utile)</sup> Exempla plurimū ualent in  
<sup>(Facile)</sup> hoc genere.  
<sup>(Difficile.)</sup>

Confutatio, quæ à locis contrarijs petitur.

Peroratio ut supra enumeratione & affectu constat.

Indiciale



MELANCH. TABVLAE.

IUDICIALE.

*Iudiciale, quo controuersie ac lites continentur.*

*Huius triplex est status.*

<i>Qui sunt,</i>	}	<i>Coniecturalis, An sit.</i>	
		<i>Iudicialis, Iure an iniuria.</i>	
		<i>Legitimus, Quid sit.</i>	

DE CONIECTVRALI STATV AN SIT.

*Status Coniecturalis constat quinque partibus.*

<i>Quae sunt,</i>	}	<i>Exordium</i>
		<i>Narratio, quae est historica facti commemoratio, cum sequitur statim propositio.</i>
		<i>Confirmatio</i>
		<i>Comprobatio</i>
		<i>Peroratio.</i>

*Cōfirmationis aut huius loci duo sūt, scz.*

*Voluntas*  
*Potestas.*

*Qualitas personae.*

*Voluntatis loci,*

*Causa inducens ad suscipiendum facinus.*

*Cuius loci,*

*Impulsio, quae est affectus, ira, odium, auaritia &c.*

*Ratiocinatio, quae à spe commodorū ducitur.*

C s      *Loco*



IN RHETORICA

Potestas constat circumstantijs, { Loco  
 | Tempore  
 | Viribus Itidem sunt loci de-  
 | Signis defensoris.  
 | Antecedentibus  
 | Consequentibus.  
 Defensor tam- { Absolutionem, cum docemus  
 men addet, | id signum quod factum est, mi-  
 | sericordia & humanitate, fa-  
 | ctum esse.  
 | Inuersionem, qua docemus si-  
 | gnum quod contra nos produ-  
 | citur, pro nobis facere.

DE IURIDICIALI, IVRE  
 AN INIURIA.

Iuridicialis parti- { Exordio  
 bus constat qua- { Narratione  
 tuor, scilicet, { Confirmatione, eius proprij  
 | sunt loci  
 | Peroratione.

Est autem duplex status negocialis, { Absolutus  
 | Assumptiuus.  
 Absolutus, cum simpliciter aliquid defenditur.

Cum loci sunt, { Natura  
 | Lex  
 | Consuetudo  
 | Aequum

BONUM



MELANCH. TABVLAE.

} Bonum  
| Iudicatum  
{ Passum.

Assumptiuus cum assumpta re extranea defensio  
tractatur.

Eius loci sunt { Concessio  
| Translatio criminis.  
{ Remotio.

Cōcessionis partes, { Purgatio, cū fatemur nos pec  
| casse, sed per imprudentiam  
{ Deprecatio. (aut casum.

DE STATV LEGITIMO  
QVIV SIT.

Legitimus status constat par  
tibus quatuor, scilicet, { Definitione  
| Contrarijs legibus  
{ Ambiguis scriptis  
{ Ratiocinatione.

FIGVRÆ

TVM VOCABVLORVM,  
tum sententiarum.

TRES SVNT FIGVRARVM OR  
dines.

Primus pertinet ad dictionem tan  
tum figurandam.

Secundus pertinet ad orationem fi  
gurandam.

Quo

C 3

Tertius



I N R H E T O R I C A

rum

Tertius pertinet nō ad orationem tantum ornandam, sed etiam auget corpus orationis, quem Cicero exornationes sententiarum vocat. Hic est Quintiliano uel forma amplificandi, uel argumenta.

O R D O P R I M V S.

Ordo primus qui ad dictionem tantum figurandam

spectat, diuiditur in  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Tropum,} \\ \text{Schema.} \end{array} \right.$

TROPVS est dictionis uel orationis mutatio, à propria significatione ad cognatam.

Dictionis, ut

$\left\{ \begin{array}{l} \text{Metaphora} \\ \text{Onomatopœia} \\ \text{Synecdoche} \\ \text{Catachresis} \\ \text{Metonymia} \\ \text{Metalepsis} \\ \text{Antonomasia} \\ \text{Periphrasis, quæ fit} \end{array} \right.$  Etymologia, Notatione, Definitione.

Orationis, ut

$\left\{ \begin{array}{l} \text{Allegoria} \\ \text{Hyperbole} \\ \text{Eicon} \\ \text{Parabola} \\ \text{Paradigma.} \end{array} \right.$

Aenigma



MELANCH. TABVLAE.

Allegoriae species  
 { Aenigma  
 { Parœmia  
 { Ironia  
 { Sarcasmus  
 { Astysmus  
 { Mysterismus  
 { Antyphrasis  
 { Charientismus.

Parabola tamen & Paradigma ad confirmandum potius pertinent, & inter argumenta recenset Fabius.

SCHEMA, est uocis inflexio, quæ auribus tantum inseruit.

Estq; duplex, ut  
 { Grammaticum,  
 { Rhetoricum.

Grammatici schematis genera  
 { Orthographicum  
 { Syntacticum.  
 { Prothesis  
 { Epenthesis

Orthographici schematis species sunt,  
 { Paragoge  
 { Apharesis, vsus horum in carmine.  
 { Syncopa  
 { Apocopa  
 { Ecstasis  
 { Systole  
 { Synalœpha &c. Vide Donatum & tabulas Mosellani.



IN RHETORICA

*Syntactici schematis species,* — [ Prolepsis  
Zeugma  
Syllepsis  
Synthesis  
Synecdoche  
Antiptosis  
Hyperbaton.

*Rhetorici schematis species,* — [ Repetitio  
Complexio  
Copulatio  
Treductio  
Asyndeton  
Polysyndeton  
Homœoptoton  
Homœoteleuton  
Hypallage  
Paranomasia  
Anataclasis  
Aposiopesis  
Ellipsis.

ORDO SECUNDVS.

*Ordo secundus pertinet ad orationem tantum  
figurandam.*

*Huius ordi*

[ Interrogatio  
Subiectio  
Exclamatio  
Dubitatio

*Parada*



MELANCH. TABVLAE.

nis sunt,

- Paradoxum
- Communicatio
- Permissio
- Licentia
- Auersio
- Prosopopœia.

Sub exclamacione  
continentur,

- Imprecatio
- Obtestatio
- Ominatio
- Adhortatio.

ORDO TERTIVS.

Ordinis tertij sunt, quæ Ciceroni exornationes  
sententiarum dicuntur. Suntq; ea quæ sequuntur,

Ordinis tertij  
sunt:

- Auxesis
- Tapinosis, Verbis fiunt
- Meiosis (singulis.)
- Synonyma
- Incrementum
- Gradatio
- Congeries
- Contentio
- Contrarium
- Antithesis
- Commutatio.

C S

COMMUN



# IN RHETORICA

[ Communicatio

| Regressio

| Responso

[ Præteritio

[ Paralepsis, idem.

[ Occupatio (quæ à Cicerone præsumptio dicitur, à Fabio occupatio.

[ Transfatio

| Metabasis

| Correctio

| Interpositio

Ordinis tertij sunt,

[ Reiectio

[ Aetiologia

| Confessio

|  $\Delta\mu\alpha\iota\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$  excusatio est.

| Finitio

| Hypotyposis

| Expolitio

| Distributio

| Diuisio

| Prosopopœia

| Sermocinatio

| Chronographia

| Topographia

[ Comparatio.

Ordinis



MELANCH. TABVLAE.

Ordinis terminij sunt, { Sententia  
| Apophthegma  
| Epiphonema  
| Clausula  
| Noema  
| Pathopœia, affectuum uarietas,  
que petitur à circumstantijs, { Sexu  
| Temporibus  
| Locis  
| Personis  
| Aetatibus &c.

AD LE

CTOREM.

Autorem laudare uetat reuerentia, laudet  
Qui debet, uel qui se bene posse putat.  
Hoc mirantur opus docti, quod parua tabella  
Ante oculos ponit, qui legis ista, tuos.  
Nec quicquam qui composuit mutauit ab illis,  
Quæ tibi sperauit hoc fore plana modo.  
Aut igitur fallor, uel erit tibi grata profecto  
Ampla in tam tenui bibliotheca libro.

FINIS.

PHILIP.



# PHILIPPVS

MELANCHTHON STUDIO  
SIS SALVTEM.

**E**Xtat de copia Erasmi commentarius, cuius  
optatim utilitatem uulgo tam perspectam  
esse, quam est titulus ubiq; notus. Quanquam  
enim opus in speciem minutum uideatur, tamen si  
propius inspexeris, comperias uere esse quod audit  
copia cornu. Nam cum figuras omnes locupletan-  
da illustrandaq; orationis tradat, & informet, non  
uulgarem eloquentiae thesaurum continet. Miseret  
me profecto iuuentutis nostrae, cum uideo optimis  
quibusq; autoribus uelut ordine motis in precio esse,  
amari, teri libellos quosdam, ἐφικμέγους, quorum  
alij simpliciter inepti, alij etiam perniciosi sunt. Ca-  
tullus seculi incommoda malos Poetas uocat, nos  
quanto iustius de nouicijs illis scriptis queri possu-  
mus. Nullum est enim uenenum praesentius malo li-  
bro. Quare oportuit iudicio optimos quosq; libros  
tanquam magistros studiorum omnium & officio-  
rum uitae deligere. Mibi uero nulli de hominum in-  
genijs melius mereri uidentur, quam qui exercita-  
tionem dicendi adiuuant. Nam reliquae literae om-  
nes, ubi non accesserit usus aliquis styli, cum mutae  
sunt, tum ad acuendum animi iudicium non mul-  
tum conducunt.

Suntq;



## ERASMI TABVLAE.

Suntq; ad dicendi scribendiq; exercitationem, tanquam ex umbra in lucem, ex puluere in arenam proferendæ. Porro cum hic Libellus de copia mirifice conducat ad eam studiorum partem, dignus est quæ in delicijs habeas, summa cura euoluas atq; ediscas. Hoc ego religiosus moneo, quod intelligo quasdam pestes hominum esse, qui ab humanarum artium studio imperitam iuuentutem dehortantur, digni sanè in quos publicis legibus animaduertatur. Crede mihi, opinione maior uis est harum artium, nec pœnitebit in his discendis operam sumpsisse. Quare adhortor, ne quis patiatur hoc librorum genus importunitate cuiusquam sibi è manibus extorqueri. Bonam operam nauauit adolescens qui totum de copia commentarium in hanc tabulam contulit & oculis subiecit, ut memoriam adolescentium adiuuaret. Valet.

# IN ERASMI

LIBRVM DE COPIA  
TABVLAE.

TRIPLEX EST COPIA.

Videlicet,  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Dictionum} \\ \text{Orationum} \\ \text{Sententiarum.} \end{array} \right.$

Dictionum



I N C O P I A M

DICTIONVM COPIA

Dictionū copia, quæ fit singulis uocabulis, consistit in Synonimia, quæ est, cū diuersa uerba eandem,

omnino rem declarant, ut { Ensis, gladius  
{ Domus, ædes.

ut pertinent quoq; { Sordida  
{ Inusitata  
{ Poëtica  
{ Prisca  
{ Obsoleta  
{ Dura  
{ Peregrina  
{ Nouata.

ORATIONVM COPIA.

Orationū copia multas habet uariandi rationes.

{ Enallagen 1  
{ Antonomastiam 2  
{ Periphrasim 3  
{ Metaphoram 4  
{ Allegoriam 5  
{ Catachresim 6  
{ Onomatopœiam 7  
{ Metalepsim 8  
{ Metonymiam 9  
Videa { Synechdochen 10

Aequi



ERASMI TABVLAE.

licet,	}	Aequipollentiam	11
		Comparatiua	12
		Relatiuorum commutatio-	
		nem	13
		Amplificationem	14
		Hyperbolen	15
		Diminutionem	16
		Compositionem	17
Constructionem	18		
	{	Mutationem figuræ	19

1 Enallage est, cum uoce modicè deflexa, uarietas nonnihil conciliatur. Constat autem potissimum

duobus modis, { Partis mutatione.  
 { Qualitatis nouatione,

Partis mutatio fit, cū permutatur uerbū <sup>Nomine</sup> Participio  
<sup>Supino.</sup>

{ Non dubito, non est mihi dubium.  
 ut, { Amantē redama, Redama eum qui te amat  
 { Venit ut eripiat, Venit ereptum.

Qualitatis nouatio fit, cum mutatur aut { Numerus  
 { Persona  
 { Genus.

{ Romanus prelio uictor, pro Romani uictores  
 ut, { Quid facias? Ut homo est, ita morem geras.  
 { Lachrimat, pro lachrimetur.

Antono



I N C O P I A M

2 Antonomastia, est nominis permutatio, ut, Aea-  
cides pro Achille, Nonnunquam Epiteton pro ipso  
nomine ponitur. Liuius, abundat multitudine homi-  
num Poenus, Poenus pro Annibale.

3 Periphrasis rem quae breuius significari potu-  
isset, latius ostendit, ut Troiani belli scriptor, pro  
Homero.

Constat autem { Etymologia, cum nominis rationem  
explieamus.  
{ Notatione, cum accidentiam indi-  
cio aliquid significatur.  
{ Finitione, ut pro Rhetorica, bene  
dicendi ars.

4 Metaphora, est quae uocem propriam ad cogna-  
tam transferit. Hanc putat Mar. Cicero tanquam  
stellis quibusdam illuminare orationem, planeq; lu-  
men orationi afferre.

Summuntur autem { Deflexione  
{ Irrationali ad rationale  
{ Animalis ad non animal  
{ Non animalis ad animal  
{ Animalis ad animal  
{ Inanimato ad inanimatum.

Deflexio, quoties uox e propinquo ad rem pro-  
ximam flectitur, ut

Videre pro intelligere,  
Audire pro obtemperare.

Ab irra-



ERASMI TABVLAE.

Liuius, M. Portius Cato qui alla-  
trare Scipionis magnitudi-  
nem solebat.

Ab irrationali ad  
rationale, ut

Teren. Quid ille gannit? Quod  
uulpium proprium est.

A rationali ad irrationale, ut si perfidum, uul-  
pem dicamus.

Ab animali ad non animal, ut

{ Ridet ager,

{ Parturit arbor.

A non animali ad animal

{ Ambo florentes  
etatibus.

{ Viridis aetas.

Ab animali ad animal, ut pascentes apes.

{ Oratio fluit.

Ab inanimato ad animatum, ut

{ Sylua secatet.

Sunt autem quae  
dam Metaphorae

{ ἀκόλουθαι, Ut gubernator, &  
aurigia, quae possunt conuerti.

{ ἀνακόλουθαι, Ut uertex, quod  
recte ab homine ad montem  
transfertur. Cacumen quod  
montis est, non item.

5 Allegoria est multorum uerborum continuata  
metaphora, ut iugulum petere, pro eo quod est, Cau-  
sa caput aggredi.

6 Catachresis, Est uerbi abusio, ut cum dicimus  
Parricidam, qui matrem aut fratrem occiderit.

D

Onomas



I N C O P I A M

7 Onomatopœia fictio nominis dicitur, Vt Tara tantara. Huc pertinet Paragoge, Id est, deriuatio nouorum uerborum ex Analogia sumpta, Vt Sylla turire pro Sylla mores imitari.

8 Metalepsis, cum ex uno significato aliud colligitur Vt speluncis abdidit atris. Nam nigrae intelliguntur & ex nigris obscuræ, & per hoc in præceps profunda.

9 Metonymia est transnominatio. Fit autem cum

Inuentorem                      Inuento.  
ponimus                      pro

Continens                      Contento.

primi, Sine Cerere et Baccho friget Venus.

Exem.                      ut

secundi Epotos cados. Seculum felix.

Fit præterea & alijs quibusdam modis.

10 Synechdoche (quam intellectionem uocant) cum  
Vno plures Pœnus fugatus, pro Pœni.

intelligimus ex                      ut

Parte totū Mueronem pro gladio.

Placet                      displicet.

11 Aequipollentia, ut                      non

Accipio                      recuso.

12 Comparatiua, quæ copia nascitur ex cōtrarijs.

Prius                      lucrum                      honestum.

habet                      quam

Posterius                      honestum                      lucrum.

Relatiua



ERASMI TABVLAE.

Vxor illius esse non uult.  
Non uult illum maritum.

13 Relatiuorū commutatio, ut

Non alium mihi patrem optem.  
Nullius malim esse filius.

14 Amplificatio, cum uerbū atrocius subijcimus lo

Latronem Improbo.

co proprij, cum dicimus pro

Occisum Caso.

Scelus,

Monstrum.

Ad auxesim pertinent &c,

Pestis,

Labes.

Ocyor Euro.

15 Hyperbole, ut

Vox astra ferit.

16 Diminutio cum eum qui pulsauit, dicimus attigisse.

Interdum μειωσις sa- Vix ossibus haerent.  
pit Hyperbolen, Vt

Breuior Pygmaeo.

17 Compositio sita est in  
his ferme figuris

{ Asyndeto

{ Polysyndeto

{ Syzeugmeno

{ Epanalepsi

{ Synonymia.

D 2

Asyn.



## I N C O P I A M

A syndeton, ut, Veni, uidi, uici.

Polysyndeton, ut, Tectumq; laremq;.

Syzeugmenon, quoties ad unum uerbum plures sententiae respondent.

Fit autem trifariam, cum  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Praeponitur} \\ \text{Sequitur} \\ \text{Interponitur.} \end{array} \right.$

$\left\{ \begin{array}{l} \text{Deflorescit forma uel morbo uel atate.} \\ \text{Vt, } \left\{ \begin{array}{l} \text{Uel morbo uel atate forma deflorescit.} \\ \text{Aut atate forma deflorescit aut morbo.} \end{array} \right. \end{array} \right.$

**Epanalepsis.** Nihil ne te nocturnum praesidium palatii, nihil urbis uigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora uultusq; mouerunt? Cicero in Catilinam.

**Simonymia,** Vt  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Vicit timorem audacia,} \\ \text{Rationem superauit amantia,} \\ \text{Libido timorem expugnauit.} \end{array} \right.$

Multum pudorem, multum pudoris.

18 **Constructio,** ut  
Scripsit mihi, scripsit ad me.

19 **Mutatio figurae,** quoties alio atq; alio affectu pronuntiatur oratio.

Fit autem



## BRASMI TABVLAE.

Fit autem ferè per

- Interrogationem
- Ironiam
- Admirationem
- Dubitationem
- Adiurationem
- Abominationem
- Exclamationem
- Occupationem
- Subiectionem.

Interrogatio, Nihil te est uanius, an quicquam te uanius?

Ironia, Non ista curat populus, id populus curat scilicet.

Admiratio, Magnum bonum porto, dii boni, boni quid porto?

Dubitatio, Tum deos contemnit, tum homines, haud scio magis ne deos contemnat an homines.

Adiuratio, Nihil charius fama, dispeream si quid mihi charius fama.

Abominatio, Est uir impurus, ô hominem impurum, Hocceine seculum, ô genera sacrilego, ô hominem impium.

Occupatio, Virgines complures stuprauit, Ut interim de Vestali incestu polluta sileam.

Subiectio, An quod adolescens prestiti, cum etiam errare cum excusatione possem, id nunc etate

D 3 precio



I N C O P I A M

*precipitata commutem ac retexam? Non faciam.*  
*Cicero Epistolarum familiarium libro secundo.*

SENTENTIARVM COPIA.

*Liber secundus.*

SENTENTIARVM Copia est, cum  
*oratio amplificata*

Distributionem	I.
Enumerationem	II.
Hypotyposim	III.
Egressionem	IIII.
Epitheta	V.
Circumstantias	VI.
Amplificationem	VII.
Propositiones	VIII.
Probationes	IX.
<i>tur</i> Tractationem locorum communium, virtutum <i>per</i> ac vitiorum.	X.
Locos communes	XI.
Exempla	XII.
Tractationem exemplorum	XIII.
Exempla fabulosa	XIIII.
Expolitionem	XV.
Apologos	XVI.
Somnia	XVII.
Fictas narrationes	XVIII.
	<i>Multiplia</i>



ERASMI TABVLAE.

Multiplicationem partium Rhetoricarum  
XIX.

1 Distributio, Vel  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Totius in partes,} \\ \text{Generis in species.} \end{array} \right.$

Totius in partes  
us in Vt totus monstrū est partes  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Pilosa genæ} \\ \text{Dentes putridi} \\ \text{Fædi oculi} \\ \text{Supercilia} \\ \text{Frons, uultus deniq; totus} \\ \text{barbarus est.} \end{array} \right.$

Generis in species, Vt  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Luxuria cum omni atati} \\ \text{turpis, tum senectuti turpissima.} \end{array} \right.$

2 Enumeratio, cū enumerantur rei  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Occasiones,} \\ \text{Causse,} \\ \text{Consilia,} \\ \text{Acta,} \\ \text{Euentus,} \\ \text{Præcedentia,} \\ \text{Consequentia.} \end{array} \right.$

3 Hypotyposis consistit descriptione,  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Rerum,} \\ \text{Personarum,} \\ \text{Locorum,} \\ \text{Temporum.} \end{array} \right.$   
D 4 Circum



# I N C O P I A M

Hypotyposis rerum  
consistit in

- { Circumstantijs
- { Collotionibus
- { Similitudinibus
- { Dissimilitudinibus
- { Imaginibus
- { Metaphoris
- { Allegorijs
- { Epithetis
- { Fabijs
- { Gentium formis & moribus.
- { Fabulosis descriptionibus.

Horum exempla passim multa habes. In primo  
Liuij, ubi Alba excidium describitur, Apud Fabium  
libro 8. capit. 3. de Energia.

Hypotyposis perso-  
narum quæ depin-  
guntur à

- { Genere
- { Natione
- { Patria
- { Sexu
- { Aetate
- { Educatione
- { Disciplina
- { Studijs
- { Habitu corporis
- { Fortuna
- { Animi conditione.

Exempla sunt plurima. Apud Liuiũ libro primo  
Decadis



ERASMI TABVLAE.

Decadis tertiae depingitur Annibal. Et libro Nono  
Decadis quarta, Mar. Portius Cato. Apud Salustia-  
um Catilina, & plerique alij.

Hypot. locorum est duplex  $\left\{ \begin{array}{l} \text{στοπογραφία} \text{ Vera.} \\ \text{στοποθεσία} \text{ Ficta.} \end{array} \right.$  si est

Vera, ut apud Maronem Carthagi. & portus de-  
scriptio.

Ficta, ut apud Ouidium domus fame.

Hypot. temporum com Veris, Hyemis, Autumni,  
Aestatis, Vindemia &c.  
prahedit descriptiones. Item qualitates temporum,  
Pacis, Belli, Seditiōum,  
Turbationum &c.

4. Egressio adhib. solet Laudandi, Vituperandi gra-  
Ordinandi, Preparandi tia.  
Expositione rerum gesta-  
rum, descriptione locorū,  
Sumitur à superiori- & Apolog. Locis commu-  
bus locis. nibus, cum dicimus in luxu-  
riam, auaritiam, et cetera,  
& contra cū laudamus uir-  
tutes, continentiam &c.

5 Epitheta sumuntur ab omnibus fortunæ cōmodis.  
Animo, Corpore, Bonis externis, Genere.

Opibus, Forma, Viribus, Patria, Aflu, Euentu.

6 Circūstantiæ sunt duplices, Vt Rerum.

Personarum.

D 5 Rerum



I N C O P I A M

Rerum, Vt Caussa, Locus, Occasio, Instrumentum, Tempus, Modus, &c.

Personarum, Vt Natio, Patria, Sexus, Aetas, Educatio, Disciplina, Habitus corporis, Fortuna, Conditio, Animi natura, Studium, Anteacla, Commotio, Consilium, Nomen.

7 Amplificatio constat { Incremento  
{ Comparatione  
{ Ratiocinatione  
{ Congerie  
{ Correctione.

Incremento, Vt Cicero in Verrem, Facinus est vinciri ciuem Romanum, scelus verberari, prope parricidium necari, quid dicam in crucem tollere?

Comparatione, quae fit fictione & exempli collatione.

Ratiocinatione, Vt, tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini exhauseras &c.

Congerie, Verborum scilicet & sententiarum.

Correctione, Cicero in Verrem. Non enim furem, sed ereptorem, non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae in uestrum iudicium adduximus.

Vulgaria,

8 Propositiones sumuntur ex his, quae sunt

Propria caussa.

Exempla sunt longiora quam quae hic possint recenseri.

Probat



## ERASMI TABVLAE.

9 Probationes quas Græci *πίσεις* appellant, sunt partim, *ἄτεχνοι*, quæ ducuntur à præiudicijs, Rumoribus, Tormentis, Tabulis, Iureiurando, Testibus. Partim *ἐντεχνοι*, quæ comprehendunt *τεχνίδια* *σημεία*, Ab argumētis ducuntur, quæ sunt duplicia.

Personæ sunt hæc, Genus, Natio, Patria &c.

Rei sunt, Causa, Locus, Facultas, Antecedentia &c.

10 Tractatione locorum communium, uirtutum & uitiorum, quales sunt, Iusticia, Iniusticia, Pax, Bellum, Luxuria, Continentia, Auaricia, Diuitiæ, Paupertas, Voluptas, Leges, Amicitia, Pietas.

11 Locos communes, seu argumenta quæ ducuntur à Finitione, Etymologia, & ab his quæ ad naturam definitionis pertinent, Genere, Specie, Proprio, Differentibus, Partitione, Diuisione, Exordio, Summa, Incremento, Inductione similium & dissimilium, Contrarijs, Repugnantibus, Consequentibus, Relatiuis, Causis, Euentis, Comparatione quæ sumitur à Maiore, Minore, & Pari, Iugatis, Fictione, Causæ proprijs, Exemplis quæ adhibentur aut ut Similia, Dissimilia, Contraria, aut ut Maiora, Minora, Paria, Huc pertinent Fabulæ, Apologi, Prouerbia, Iudicia, Parabolæ, Collationes &c.

12 Exempla quorum uim quam maximam maximeq; uariam comparare & in promptu habere conuenit.

13 Tractatione exemplorum quæ augentur Com  
mendat



## I N C O P I A M

mendatione, quæ sumitur uel à rei, uel ab autoris laude uel gentis, unde ducitur exemplum. Exaggerationibus, atq; amplificationibus, Parabola. Comparatione, ubi demonstratur exemplum esse Maius Minus, Par (Huc pertinent εἰκώνας Imagines, Inductiones, Iudicia, Prouerbia, Sententia, Noemata, Epiphonemata, Contentio, demonstratiua) Collatione, quæ fit per Simile, Dissimile, Contrarium, Par, Impar, Maius, Minus.

14. Exempla fabulosa, quæ eadē ratione fustius & cōtractius exponi poterūt, si res ac decor patietur.

15. Expolitio fit commutatione uerborum, pronuntiationis & translationis.

Copiosissima autem expolitio constat septem partibus,	Propositione,
	Ratione,
	Duplici sententia,
	Contrario,
	Simili,
	Exemplo,
	Conclusionē.

16. Apologi, qui eodem modo dilatari, aut uerbo tantum significari poterunt.

17. Somnia, quibus utimur aut in ostentatione, ut est Luciani somnium, aut pro ueris, aut hortandi deterrendiue gratia.

18. Fictæ narrationes, quàm maxime fieri potest, ad ueri similitudinem componantur oportet.

Multi



ERASMI TABVLÆ.

19. Multiplicatio partium  
Rhetoricarum, quæ sunt, { Exordium  
Narratio  
Propositio  
Confirmatio  
Confutatio  
Peroratio.

Exordium habet locos, { Fauorem  
Attentionem  
Docilitatem.

Narratio crescit ἐπιδημῶσι & egressione, quæ  
debet esse quasi finis narrationis.

Propositio dilatatur, si pro simplici duplici utemur,  
si argumentis obiter interiectis, & affectibus  
accensam proferemus.

Confirmatio constat pro- { Labefactione  
bationibus quæ crescunt, { Preparatione  
Assseueratione  
Excusationibus per  
Amplificationem.

Labefactio fit duobus modis, Propositionibus  
quæ sunt singularum partium collectiones seu con-  
clusiones. Cum ita proponimus, ut ipsa orationis  
figura, fidem abrogemus aut conciliemus.

TABVLARVM IN COPIAM  
ERASMI FINIS.

Georgius



# GEORGIUS

MAIOR CANDIDO  
LECTORI S.

**E**Didimus ante aliquot menses, optime Lector,  
Philippi Melanchthonis de Rhetorica insti-  
tutiones, in figuram quandam tanquam fasci-  
culum constrictas, quo studiosa iuventus, hæc prima  
Rhetorices præcepta non tam ex ipso autoris li-  
bello cognosceret, quam hæc tabella semper ob ocu-  
los uersante, atq; subinde conspecta prorsus imbi-  
beret, ac uelut animo insculperet. Iam uerò cum om-  
nis oratio sit uarianda & distinguenda quasi qui-  
busdam uerborum sententiarumq; insignibus, uide-  
batur è re adolescentium futurum, si duo, istos Eras-  
mi Roterod. de Copia Commentarios, eadem ratio-  
ne in tabulam quandam contraherent, quod multo  
facilius, tum percipiantur, tum memoriæ commen-  
dentur & inscribantur, quæ explicata, & tanquam  
in aperto ac luce collocata, quam quæ in libris &  
uoluminibus sunt conuoluta. Porro hæc Tabella ni-  
hil aliud quam admonitoris uice erit, quæ scriben-  
tem commonefaciet, quæ quoq; loco orationi facies  
siue color sit tribuendus, ubi & qua ratione quid  
uariandum, quid breuius seu prolixius dici conue-  
niat. Cæterum, si quid hic desideratum fuerit, id ipse  
commentarius alijq; autores præstabunt atq; resar-  
cient.



cient. Postremo elegantiarum literarum studiosos  
adolescentes obsecro, ut hunc nostrum conatum bo-  
ni consulant. Ceterorum calumniam nihil moror.  
Est enim nunc indoctum doctorum hominum genus,  
quos rectius hominum pestes quam homines di-  
xeris, quibus liberalia studia bonæq; res  
omnes sordent, istis satis grauis  
pœna est ipsa stulticia.

Vale.

# IACOBVS

MICYLLVS CANDIDO  
LECTORI S.

Vt si non uarijs pingantur floribus horti,  
Gratia non illis, non honor ullus adest.  
Sic nisi sit uarijs oratio tincta figuris,  
Illius & uirtus & decus omne perit.  
Si quem igitur felix oblectat copia, si quem  
Pindareis tumidum passibus ire iuuat.  
Sedulus has oculis uerset, manibusq; tabellas,  
Haud equidem hinc opere premia parua feret.  
Nec quia sunt modicè Lector contemnere pergas,  
Mensuram vincunt utilitate suam.

F I N I S.



JACOBVS

MAGISTRVS CANDIDO  
LECTOR

F I N I S





46 <sup>4</sup>/<sub>h, 25</sub>

AB 46 <sup>4</sup>/<sub>h, 25</sub>

ULB Halle 3  
003 883 272




Sb.









TABVLAE  
DE SCHEMATIBVS PE  
TRI MOSELLANI, A PLVRIBVS  
*mendis quam diligentissime repurgata,  
adiectis insuper his quæ in quibus  
dam editionibus incuria  
prætermiffa sunt.*



IN RHETORICA PHILIPPI  
MELANCHTHONIS.

IN ERASMI ROTERODAMI  
*libellum, de duplici Copia.*

L I P S I Æ  
IN OFFICINA TYPOGRAPHICA  
LAURENTII FABRI.

A N N O  
M. D. LIX.

